

18. secund. & 51. tert. Demum prædicta mi. arcus in 45. tert. multiplico, quorum angulus cōmunis 29. in tertijs & in quartis 15. ostēdit, quæ simul addita produciunt 34. in mi. 46. 20. 15. Quibus expeditis mi. arcus abijcio, eiusdem uero secunda, scilicet 54. modo dicto per omnes numeratores dictæ differentiæ multiplico, & primo per eiusdem minuta, quæ 47. secund. & 42. tertia produciunt. Secundo uero per differentiæ 29. secund. unde 26. tertia, 6. quart. tunc proueniunt. Tertio etiam per 45. tertia duci debent, q̄ facto 40. quarta. 30. q̄ quinta prodibunt, quæ simul iuncta prioribus aggregato unita 35. mi. 34. secund. 29. & 30. constituunt. Haud secus operandum erit cum 17. tertijs arcus, quæ etiam in 53. mi. differentiæ multiplico, & proueniunt 15. tertia & unū quartū, deinde quoque in 29. secunda eiusdē differentiæ, & eorum communis angulus 8. quarta, 13. quinta ostendit, ultimo uero prædicta 17. tertia arcus in 45. tertia differentiæ ducta, 12. quinta & 45. sexta produciunt, quorum omnium collectio proximis aggregato adiecta præcedenti, summam totius producti demonstrat, scilicet 35. mi. 34. secund. 44. 10. 55. 45. quæ est pars proportionalis totius differentiæ respectu proportiōis assignatæ arcus præfigurati.

De Diuisione.

Diuisio etenim non est aliud, nisi multiplex diuisoris de diuidendo abstractio, & in tribus continue uersatur numeris, quorum diuidendus est primus, qui in præcedenti producti nomē sibi uēdicabat. Secundus uero diuisor appellatur, & in multiplicatione nō differt à multiplicante. Tertius uero quoties dictus, quem multiplicatio denominabat multiplicandum, quæ cum sint species oppositæ, eadem disciplina adipiscuntur. Sicut ergo per tabulam uulgo de parte proportionali dictam, ipsa perficitur multiplicatio, ita & præsentis speciei operatio per eandem tali modo extrahitur. Quæratu primo diuisor ipse in denominatione grossiori in fronte tabulæ, & in columnula eius descendatur, donec numerus diuidendo æqualis aut proximus eo minor inueniatur, in cuius è directo linea numeri sinistri lateris, quoties monstrabit, qui semper supra caput diuidendi poni debet in loco sibi debito, ut dicetur infra. Deinde idem quoties per omnes figuras quarumlibet denominationum diuisoris, multiplicetur per præcedentem, & productum diuidendo in locis debitis subscribatur, ac eo ipso de diuidendo subtracto, si quid tamen diuidendi remanserit, de eo ipso more dicto quoties denuo inquiratur, subtiliori tamen denominationi immediate sequenti subiacebit, repetaturque prior operatio, donec nihil inueniatur de numero diuidendo, aut iam diuidendi nulla ulterior urgeat necessitas. Si autem inueniri non poterit aliquis numerus denominationis subtilioris immediate continuans quotientis ordinem, loco ipsius scribatur cyfra, & quæratu numerus denominationis sequentis, & prior redeat operatio. Cuius autem denominationis sit, & in quo loco

loco